Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

34. Curialis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

Visual Library

copulam ante ſcientiam haberi, & poſt ſcientiam dari fidem, aut matrimonium de facto iniri. Quarta eſt, vt promiſſio matrimonij ſit externa, quamuis ficta ſit, fictione non apparente exterius, & quamuis promiſſio ſit conditionalis, niſi conditio ſit de præterito, aut de præſenti, & nec conditio extiterit, nec extet. Quinta, vt promiſſio ab altero acceptata ſit, quamuis nõ repromittat. Taciturnitas autem eius, cui promiſſio ſit, abſq; alio acceptationis ſigno, nunquam ſufficit ad hoc impedimentum incurrendum. Sexta, vt prius matrimoniũ validum fuerit, quamuis non ſit conſummatum, & diſſolutum quoad thorum per diuortium, *lib.7. tota diſp.79.*

Curialis.

1 Curialis, Solicitator, aut Scriptor, qui, vt facilius diſpenſationem impetret, mutat narrationis ſubſtantiam, non manet excommunicatus per motum proprium Pij V. ſed incurrit pœnas falſarij, *lib 8. diſp. 21. nu. 58.*

Cuſtodes.

1 Cuſtodes nemorum ſe abſcondentes, vt tranſeuntes liberè ingrediantur, & ſoluant pœnam, peccant mortaliter. Secùs, ſi abſcondantur, vt poſſint eos deprehendere ſemel, vt ſic caueant in futurum illuc redire, *libr. 10. diſputat. 12. num. 52.*